

PAPELES

VARIOS





Indice



D. DIEZ DE GVEVARA, EXCELLENTISSIMI DUCIS BIGERRÆ Á CUBICULO MEDICI.

APOLOGIA.

¶ PRO DEFENSIONE CVIVSDAM curationis doloris pleuritici citra venæ sectionem á se factæ; ab impugnatione alterius Doctoris, qui dum contrarium in alia Apologia se ostensurum pollicetur, iddem manifesté fatetur.

QVAM EIDEM DOMINO DUCI DAT DICATQ;.

¶ *Hispali, Apud Ildefonsum Rodericum Gamarrã, Anno Domini* 1617.

Approbatio.

HANC Vidi Apologiam, & omnia, quæ autores celeberrimi obseruarunt, summo gaudio perlegi. Quod in dolore pleuritico inquam exquisito, & cruēta spuitione, dum placidus dolor, sanguinis misionem renunciarent, placida etenim disputatio est, & tanti autoris digna, nam cum opus aprimé necessarium appareat, per doctum scriptorem, ac in arte nimis versatum proclamât, quo circa ipsum & ob oculis perpetuó haberi, & memoria quoq; teneri ab omnibus par est, atqué consentaneum, quicumqué medendi vsum; cum aliqua laude profiteri volunt, vndé merito typis mandari erit ius. Hisp. 26. mensis Iunij 1617.

Doctor Franciscus de Silua Olibera.

LICENCIA.

EL Licenciado Don Gonçalo de Campo, Arcediano de Niebla, Canonigo, Prouisor, y Vicario general en la Sāta Yglesia, y Arçobispado de Seuilla, por el Ilustrisimo señor Don Pedro de Castro, Arçobispo de Seuilla, del Consejo de su Magestad, &c. mi señor. Por la presente doy licencia a qualquier impressor, para que pueda imprimir esta Apologia, sin incurrir en pena alguna. Dada en Seuilla, a veynte y siete dias del mes de Iunio, de mil y seyscientos y diez y siete años.

El Licenciado Don Gonçalo de Campo.

Andres Diez Notario.



AL DOTOR DIEZ de Gueuara mi Medico de camara, y Teniente de Corregidor en mi villa de Gibraleon.

HAllãdome en algunas partes, é contado la felicidad con que aueys curado algunos dolores de costado, sin el ordinario remedio de sangrias, cosa que los que lo oyeron lo dudan, y algunos medicos no lo aprueuan, a quien desseo satisfagays con la autoridad de vuestras letras: y pues con algunos aueys peleado sobre el caso, y escrito borradores, juntad los lo mejor que sea possible, y quando no parezcan, acordaos de la materia, y escriuid vn Tratado, que embie yo a algunos curiosos, con que haga bueno mi quento, y aya noticia de vuestra persona, y letras, que tan bien lo merecen; de mas que remedio tan barato, será bien comun, y seruicio de Dios, que os guarde. Seuilla, quatro de Mayo, seyscientos y diez y siete.

El Duque de Bejar.

AL

AL EXCE-LENTISSIMO SE-ñor Dō Alonſo Diego Lopez de Zuñiga y Sotomayor, Duque de Bejar, Marques de Gibraleon, Conde de Belalcaçar, y Bañares, Vizconde de la Puebla de Alcocer, y ſu Vizcōdado, ſeñor de las villas de Burguillos, Capilla, y Curiel, con las de ſu partido, Cauallero del inſigne Orden del Tuſon de Oro, &c. mi ſeñor. Diez de Gueuara ſu Medico.





LOS Dias paſſados (Excelentiſsimo ſeñor) reſpondi a vn tratado, q̃ en razon deſta curaciō eſcriuio cōtra mi vn medi

co; y lleuandolō a trasladar, ſe perdio el original, a cuya cauſa lo oluidé; lo q̃ en el auia largamẽ te tratado cifro en eſta Apologia, por hazer lo q̃ V. Exc. me manda. Suplico a V. Exc. la favorezca, y mi deſſeo, porq̃ viendo tan gran valedor, la lean con aficionada volũtad. Dios guarde la grandeza de V. Exc. mil ſiglos, con los grandes acrecẽtamientos de eſtados, que ſu Diuina Mageſtad puede. Gibraleon, y Mayo 5. de 617.

APOLO-

APOLOGETICON.



VRE OPTIMO quod Archigubernus nauigationis arte peritus facere ſolet, cum altum mare nauigat, & futuræ tempeſtatis adventum præcauet, naufragium nauibus timens, ne cõſilij inopia tota ſibi claſsis commiſſa in medio maris miſerrime pereat, enæo tormento dimiſſo cymbis ac ſcaphis ad aquas proiectis, naucleros quám citius ad conſilium cõvocat: idẽ & medicus cum mortis periculum ægrotantibus imminere conſpexerit, & humana corpora humorum fluctibus, vndiq; morborum tempeſtate laborare prænoſcit, ne vitæ naufragium imminens defectu cõſilij patiantur, ad cõſultationem reliquos medicos in vnum congregat, Hippocratis conſilio lib. prænotionum dicentis. *Non indecorè facit medicus, qui in præſentis rei anguſtia, alios quoqué ſecum accerſere iuſſerit, quo ex communi conſideratione res circa ægrotum*

Idem quod facit archigubernus tenet, facere medicus.

Qui alios medicos ad conſultationẽ accerſere iuſſerit nõ indecorè facit.

ægrotum inquirantur melius, & illi cooperatores fiant, ad auxilij ferendi facultatem; nam in afflictionis assiduitate augescente, morbo ob consilij inopiā plurima ad rem præsentem effugiunt. Consultatio namquè teste Aristot. lib. 3. AEthicorum c. 3. *In his versatur, quæ plerumquè quidem fieri possunt, incerta tamen sunt, quo nam euenient modo, & in quibus est indeterminatio: nam cum magnis de rebus deliberare volumus, assummimus alios ad consiliū quasi diffidentes nobis ipsis tanquam non sufficientibus ad discernendū.* Quibus ego cōmotus cū mihi sese obtulit occasio in hoc oppido Onobalisturiæ, (vulgô Gibraleon) curandi dolorem pleuriticū, quo torquebatur præfectus equorum excellentissimi Ducis Bigerræ (vulgó de Bejar) nomine, nobilis Feliz de Guzman, huius confinis medicos ad consultationem in vnum convenire curaui. Et cum omnes in cubiculo ægroti ad fuissemus, sic eos properanter informaui. Heri ora secunda post meridiem cœpit æger sentire dolorem punctorium, non vehementem, circa secundam & tertiam costam, cui febris continua & exigua est, pulsus non admodum durus, respiratio aucta, aliquantulum frequēs tussis multa cum sputis cruentis, & a tussi levatur, eius temperamentum ad sanguineum pro-

Historia ægritudinis D. Felicis de Guzman.

procliuẽ, cruditatibus refertus, vomitibus vexatus, frigidiſsimo catarro detentus, coitu eneruatus, & multa quæ hucuſquè tacuerat ægrotus retulit, quæ cum medici audijſſent, ægrotiq; relationem; manumquè in carpum miſsiſſent, veram pleuritidem eſſe affirmarunt. Excellẽtiſsimus autem Dux, qui admodum infirmi ſalutẽ exoptabat (proſequebatur enim eum peculiari amore) vt medicos in vnum conueniſſe agnouit, conſultationem coram ſe fieri iuſsit, ad quam in ſuo Palatio in aula Periſtrhomatis Hiſpanẽ (del doſel) ipſomet præſidẽ omnes medici congregati interfuimus, & D. Excellentiſsimus; cuidam medico ex præſentibus imperauit, vt diceret, quid de prædicto morbo, & eius curatione ſentiret, ipſe autem hoc modo verba facere iniuit. Cum iam iterũ excellentiſsimè princeps de hac re inter nos ſermo fuerit conſtitutus, convenimus, in hoc quod iſte morbus vera ſit pleuritis nõn ſolum loci, ſed etiam humoris ratione, dolor namquè nobis indicat eſſe inflammationem in interiori membrana coſtas ſuccingente ſupra ſeptum, nam in eo omnia ſigna pathonomonica reperiuntur, nunc autem nobis de curarione agendum;

Dictum proponentis.

 dico,

dico, quod in doloribus, & inflãmationibus maximis, cum Hippocrate, & Galeno Aph. 23. in fine. *Venam confertim ſcindimus*. In præſenti autem morbo inflammatio maxima reperitur, ergo bene ſectio eſt neceſſaria, & ſi vlterius ad cauſam, quæ dolorem operatur attendimus, vbi ſanguinis plenitudo adeſt ſanguinis miſsio expetitur, in ijs, qui accuto morbo infeſtantur, teſte Galeno de ingenio ſanitatis, c. 8. & AEtio c. de pleuritide. *Si circa mãmas inhæreat dolor venam inſcindere ſtatim oportet.*

Quod in inflammationibus maximis ſecanda vena eſt.

Hæc ille.

Paucis interpoſitis dicat Doctor. N. dixit excellentiſsimus D. & orationi ſuæ ſic dedit principium. Cum ita vera, & per ſe nota ſint ea omnia, quæ à D. N. fuere relata, vt nulla indigeant probatione eius opinioni ſine fucco adhæreſco, ſed vt tanto principi magis obtemperare videar, nonnulla addere fas erit. Galenus 13. method. c. 2. docet vt in omnium inflammationum genere illa, quæ facta eſt tollatur, & futura prohibeatur, ſed quoniam dolor aſſolet, non modo nouas producere inflãmationes, ſed etiã productas mirũ immodum augere alius de nouo ſubſultat ſcopus in pleuritide, nempe doloris ſedatio, & humoris

Dictum reſpondentis.

moris impetum retardemus, & in contrarias partes attrahamus, nihil eſt inuenire, quod magis ac citius attrahat, quã ſanguinis miſsio, ad miſsioné ergo ſanguinis illico cófugere debemus. Præſertim cum Hippocrates 2. accut. tex. 10. præcipiat non ſolum vt cunquè convenire venæ ſectionem, ſed vſquè ad coloris mutationem, & 4. accutorum tex. 44. vſquè ad animi deliquium, quod etiam confirmat Galenus 2. Aph. c. 23. AEtius ſer. 2. c. 12. dicit. *Oportere ſanguinem mittere in omnium inflammationum principijs* Ser. 8. c. 68. de dolore pleuritico. Paulus lib. 6. c. 40. videtur hoc evidétiſsimis verbis præcipere, dicens. *Cæterum vacuare ſolemus corpus vniuerſum, non modo ſuccis æquabiliter exuperantibus, quem ſtatum Græci pletori con appellant veluti, vt Gal. tradidit, ſed etiam propter affectus magnitudiné quãquã totũ corpus humoribus videas cõmoderatũ, quéadmodum in ſanguinis ex naribus profluvio, quod nõ copia excitavit, vacuare reuulſorio modo cõvenit, quum etiã in valida inflãmatione, nã dolor, & partis inflãmatæ calor fluxioni præbẽt occaſionem, licet vniverſum corpus ſuperfluitatibus careat.*

Miſsio ſanguinis vſquè ad mutationem coloris, & vſquè ad animi deliquium.

Huc vſquè ille.

Quibus actis licuit mihi per excellentiſsimũ D. ſenſum proferre, & ita exorſus fui.

Dictum concludentis.

Licet

Licet verũ ſit excellentiſsime D. quod iſte morbus ſit vera, pleuritis vt rectè á Doctoribus dictum eſt, nam & in hoc, & in miſſione ſanguinis concordes exiſtunt. Et negari non poſsit quin Hippocrates, Galenus, Paulus, & AEtius, omneſquè medicinæ profeſſores in pleuritidis curatione cum eis convenire videantur. Et nemo ſit, vel mediocriter in medicina verſatus, cui nõ ſit exploratum ratione materiæ oportere humorem fluentem reuellere, fluxum deriuare, & vtriuſquè participé euacuare, verumtamen dum, quæ ab illis dicta ſunt diligenter conſidero, invenio autores locutos fuiſſe de pleuritide, cùm dolore maximo, aut maxima cùm inflãmatione, non autem de dolore placido ac miti, in quo ſanguis ſincerus expuitur, vt iſte ſe nobis oſtendit, de quo locuti ſunt Hippocrates, 6. Epid. com. 3. tex. vltimo dicens. *Impedimentum incruenta ſpuentibus pleuritis*, &c. & 3. de humoribus, tex. 30. *Iubet in pleuritide abſtinere à ſanguinis miſsione.* Et libro de locis in homine nullã fecit de ſanguinis miſsione mẽtionẽ. Et Gal. in com. præcipue in 6. Epid com. & tex. citato in hunc modum prorrumpit. *Mihi vero vlterius animaduertere cõtingit dum librum de humoribus*

Pleuritis vera alia cum dolore maximo, & altera cum doloreplacido.

Hiſtor. Gal.

ribus explanarem, inter explanandum enim quendam ægrotum intuitus sum, qui me vt sanguineo sputo vexatus accersiuit, sed cruenta oblateris affectum spuebat, sputum igitur ergo conspicatus ipsum interrogavi num aliquem dolorem in latere sentiret, ipse verò exiguum se dolorem percipere fasus est; talis autem erat eius habitus, at quod vires vt si sanguinem expuisset quoniam morbi magnitudo vrgeret, ad secandæ venæ auxilium accedere ausus essem, sed cum morbus lateralis metis ad modum foret necesse non fuit, & postea subdit. Ideo nec hoc genus remedij adhibuimus, atqué euidenter hominem, hunc lateris morbo laborare cognouimus, & alijs huic morbo congruentibus remedijs citia venæ sectionem subleuatus est. Mitissimi enim illi sunt morbi in quibus cruenta sputa eijciuntur. Paulus lib. 3. c. 33. de curatione pleuritidis dicit, *Quod si mediocris infestet dolor danda est ipsis aqua mulsa ptisanæ aut alicæ succus.* Et AEtius tetra. secundo, ser. 4. cap. 68. *Quod si mediocris infestet dolor non opus est magna adhibere remedia.* Sed in presenti morbo non est maximus dolor, nequè accidentia maxima, vt vidistis, sanguis ergo non est mittendus. Hanc doctrinam sequitur Hieronymus Mercurialis in prælectionibus Patavinis, cap. 9. de pleuritide lib. 2. disputans.

Citia venæ sectionem curant Galen.

Paulus.

AEtius.

Mercurialis.

An

An vena secanda sit in sputis cruentis.

CVius verba hæc sunt. *Erat autē alius Hippocratis locus 6. Epidem. com. 3. tex. vltimo, & 3. de humoribus, tex. 33. vbi Hippocrates, & Galenus docuere in pleuritide non esse sanguinem mittendum quoties sputa cruenta sunt, quæ sententia multos medicos iure solicitos habuit, siquidem non solum contra rationem videretur. Verum etiam contra communem, & quotidianum medicorum vsum, quippe qui multo magis mittunt sanguinem in pleuritide quoties sputa sanguinolenta cernuntur. Et Vallesius non ita præclarè interpretatus est libros Hippocratis Epidemicos. Ideo puto, & ipse quemadmodum Galenus, & Hippocrates diserte nos monuere, vt vbi cruenta sputa, & pleuritis adest: Minimè sanguis mittatur.* Doctissimus Eustachius Rudius in Arte medica, cap. 45. de pleuritide dicens. *Quantum itaquè attinet ad remedia chyrurgica si virtus & ætas permittant sanguis per venam sectam extrahendus est. Aduertendum tamen ex Hippocrate, & Galeno, quod in pleuritide sanguinea in qua per sputum sanguis educitur ad portionē materiæ inflāmationis, quod cognoscitur ex eo quod dolor remittitur à venæ sectione*

Eustachius Rudius.

prorſus deſiſtendum; quia tunc vt ait Galenus pleuritis placida ac mitis eſt. Oratius Augenius, tomo 2. Epiſtolarum & cõſultationum medicinalium, lib. 12. ad Lucianum medicum Ducis Vrbinæ dicens. *In pleuritide nõ ſemper vrget fluxio. Eſt enim aliquando parua adeò, vt ſolum vigeat ſcopus euacuandi humorem in ipſa inflammatione cõtentum: tunc venæ ſectio prætermittitur, quandoquidẽ venæ ſectionem magnum eſſe noſti remedium, & non deberi executioni mandari illam, niſi magnus extiterit morbus, at ſupponitur parua inflammatio, non igitur venæ ſectio convenit.* Idem docet Ioannes Baptiſta Silvaticus in hiſtorijs Hippocratis, & Galeni. Antonius Alvarez medicus Neapolitani pro regis in prima parte Epiſtola, & depulſionum depul. 10. D. Mercatus lib. de internorum morborum curatione, cap. 6. Greg. Gometius, Lemoſius, & multi alij, ſed & his acceſſere, impedimenta quæ vobis de ægroto retulli, & ipſe narrauit, vt ſanguinis miſsio non fiat, & præter hæc conſtitio præſens, ita placida vt omnes pleuritici, qui in hoc oppido Onobaliſturiæ ſine ſanguinis miſsione curati ſunt in columes euaſere.

Ioannes Baptiſta. *Antonius Aluarez.* *Mercatus.* *Gometius.* *Lemoſius.*

Quæ cum medici audijſſent iureiurando affirmarunt infirmum intra quartum moriturum



turum ni illi multa copia ſanguinis extraheretur; quibus ego ſubridens dixi, ante ſeptimum ægrotum incolumen evaſurum, quoniam morbus placidus erat, & quoniã in eàdem die in qua dolor cæpit, cæpit & ſputum, & ex Hippocrate habetur quod ſi circa initia ſputum appareat morbum breuiat, & ſic ſi inter initia ægritudinis ſanguinis miſsione ſputum non impediretur, in priſtinam eſſet infirmus breuiter reſtituendus ſanitatem. Feci etiam libros autorum citatorum coram afferre, quos legere renuerunt, meamquè ſententiam damnarunt, quibus auditis Excellẽtiſsimum D. in hæc prorrumpit verba. Mei ſententia medici placet, euadat æger, vel pereat, modo ſequenda eſt, illi vero dum quæruli, & garritantes diſceſſere ad ſacræ maieſtatis medicos rem dellaturos minantur, vt mihi pleuritidem curare ſine ſanguinis miſſione prohiberent ſicuti ingenioſiſsimo cuidam medico Hiſpalenſi, qui conabatur deffendere in dolore pleuritico è parte contraria minuẽdum eſſe fecère. Ego autem eorum minas haut metuens Dei fretus auxilio, omnia quæ ad vtilitatem ægroti facienda erant diſpoſui, & cum opportunum tempus ad eſſe

Placuit D. ſententia autoris.

iudi-

iudicassem, impedimentaquè omnia sublata vidissem, sanguinem illi sexta die extrahere iusi, quo diuino numine propitio successus fælix Felici ægroto succesſit, ita vt octaua die sanus, & incolumis euaderet, & fatebatur se quaqua versum discurrere posse, si per me illi liceret, & cũ Excellẽtisſimus D. in via publica iuxta domum ægroti ludos anserum fieri præciperet, ipsum & me iudices ludentium ellegit, simulquè in quadam fenestra prædictæ domus iudicandi munus exercuimus. Quibus per actis opere esse prætium duxi Regijs medicis scribere, vt illos de supradicto casu curatione morbi, fælici successu, & mea sententia certiores facerem, quod & opere compleui, & Epistolam quam scripsi talis erat.

EPISTOLA.

PORQVE Sè muy bien que las dudas de la facultad no le cansan a v. merced, le quiero hazer sabidor de vna que tuue aqui estos dias con ciertos medicos de la comarca dificultando.

Si se auia de sangrar vn dolor de costado en que se escupia sangre pura.

ENfermò vn criado del Duque mi señor, que se llama Don Feliz de Guzman, al qual le dio vn dolor de costado con señales benignas, el pulso algo duro, pero no muy desigual, la respiracion aumentada, pero no muy frequente, el dolor con buenas intermitencias, sentialo hazia la segunda costilla, arriba del septo, en la parte yzquierda, mucha tôs, empero escupia con ella sangre senzilla en relacion al dolor bastante, de color encarnado, mezclada con saliua pura, sin otro humor; todo lo qual considerado, me parecio, que era vn dolor placido, muy parecido al que cuenta Galeno, in 6. Epid. com. 3. text. vltimo. Y asi me determinè curarlo como el curò aquel que alli refiere, dizinedo; *Sanguineum sputum reijcientibus omnino quantum ad hoc pertinet secanda vena est. Nisi propter lateris morbũ tale reijciatur*, &c.

Obliga-

Obligaronme tambien a esta curacion muchos autores, de cuyo numero son Oratio Augenio, Prospero Alpino, Antonio Aluarez, y otros, mas porque aquestos no son de tanta autoridad, solo les quise mostrar en conformidad de mi parecer, a el elegantissimo Geronimo Mercurial, disputando, *An vena secanda sit in sputis cruentis, in prælectionibus patavi, lib. 2. cap. 8. de pleu.* el qual dize, Erat autem alius Hipp. locus 6. Epid. com. 3. &c. y a el doctissimo Eustachio Rudio in Arte Medica cap. 45. de pleurit. que dize; *Quantum itaq; attinet ad remedia chyrurgica, si virtus,* &c. Assi, que viendo el caso en proprios terminos, fuy de parecer, que se curasse sin sangria, como Galeno curó el referido. Ayudó a esto tambien, que abundaua el enfermo (aun en buena salud) de crudezas, y que el dia antes que enfermase, auia cargado el estomago en vna cabaña, de que sentia todavia grande embargo, tenia el estomago tan buelto, que luego trocaua, aun en muy pequeña cantidad, las cosas que tomaua, como vn terron de açucar, o vn trago de lamedor. Tuvo penosos vomitos desde el principio del dolor, y este dia se auia mojado, porque llouio todo el dia, y

 siempre

ſiempre eſtuuo al agua, y tuuo lo mas de el tiempo la camiſa mojada, que la podian torcer. Cogiole eſte tiempo en la marina, y allâ y en el camino paſsó grande frio, y ayre. Sentia los hueſſos horridós, y elados: y la mitad del cuerpo, de la cintura abajo. Temia mucho la ſangria, porque le auia dicho el Licenciado Araque, que aduirtieſſe a los Medicos que le curaſſen, que no le ſangraſſen, haſta q̃ el ſintieſſe el eſtomago reparado. Traya vn frigidiſsimo catarro, que parecia aſmatico, ſegun la groſſedad, y frialdad del humor q̃ ſentia en el pecho, con muy gran copia de flatos; *virga, & teſtes conuulſi erant, & eneruatus à coitu.* Llegòſe a eſto, que la conſtitucion era placida, porque pocos dias antes ſe auian curado ſemejantes dolores en todo genero de gente, de trabajo, y regalo, ſin ſangria. De las perſonas regaladas, Doña Luyſa de Barrionueuo, muger del Doctor Eſquiuel, Corregidor deſte Marqueſado. De los demas, vn arbañir, que ſe dize Diego Diaz, y vn Sacriſtan, que ſe llama Marmolejo, y otros muchos, en numero ſeſenta y dos, y dos que ſangraron murieron, que fue vna monja de nueſtra Señora del Vado, que ſe llamaua Soror Catalina

Martir.

Martir. Y vn ahijado mio, que se dezia Briuiescas. Las razones, y autoridades de los contrarios erã muchas, pero todas se cifrauan en dezir, que Hippocrates, y Galeno mandauan en seyscientos lugares sangrar en dolores de costado, vnas vezes diziendo; *Vsquè ad animi deliquium*. Y otras, *Vsquè ad mutationem coloris*. A lo qual se respondio, q̃ en aquellos lugares hablauan en general, lo qual recebiamos, y exercitauamos de bonissima gana, y que no estauan oluidados, que auian mandado sangrar en muchos lugares, sino que en aquellos tratauan, *de pleuritide maxima*. Y en estos de placida. Y lo que de su dotrina se colegia era.

Que en todos los dolores de costado se auia de sangrar, sino fuera en los placidos.

AL Enfermo le faltò el dolor en el quinto, y al septimo la calentura, y tuuo muy buenas ganas de comer, aunque antes auia estado muy astioso, cõualece q̃ es conten

to. Suplico a v. merced mire si tuue razon, y sino me aduierta, y māde lo que deuo hazer. Y aunque sea licencia pedir esto, v. merced se sirua de que otros señores medicos de su Magestad firmen con v. merced su parecer, y esta mi relacion, porque acá no se entienda q̄ es siniestra. Dios guarde a v. con los muchos augmentos que desseo. En Gibraleon.

Diez de Gueuara.

HVic meæ Epistolæ, Regij medici propria nomina subscripsere, præclarè admodū á me actum fuisse affirmantes, & prudentiæ esse sicuti ego infirmum curaui, curare, reliquum verò oneri succumbere, quam Epistolā & alias ab ipsis Doctoribus rescriptas, in quibus laudibus me extollebant; quidam medicus Hispalensis, vt illas videret à me petijt, cui legendas tradidi: nequè vnquam restitue re etiam si millies exigerem voluit, quare ea rum seriem non inseram, licet aliam ab eruditissimo Doctore Christophoro de Sāt Petro, primario examinatore, medicoquè Regio ad Excellentissimum Ducem rescriptam referam.

Carta. ¶ Luego que vide la de V. Excelencia, y lo que

que en ella me manda, pàſsè los ojos por la docta, y diſcreta relacion del Doctor Gueuara, y hallè en ella muy buena reſolucion, como de hombre tan docto y eſperimentado, y el Doctor Peña Medico de ſu Mageſtad, y ſu Examinador, y quiē la enſeña, la aprobaron, y alabaron, y aſsi dimos nueſtro parecer en eſta conformidad, y firmamos de nueſtros nombres. Puede V. Excelencia eſtimar, y hazer merced al Doctor Gueuara, porque ſus buenas letras lo merecē. Suplico a V. Exc. &c.

El Doctor Chriſtoual de S. Pedro.

LICET Autem medicus ille Hiſpalenſis noſtram verā, & inculpatam relationem vidiſſet, & duplicem nos aſsignare dolorem pleuriticum exquiſitum; alterum maximum, & alterum placidum, & quod in primo neceſſaria eſſet venæ ſectio, & in ſecundo, abſtinēdū eſſet ab ea; exiſtimauit tamen è re ſibi aduerſum nos inſurgere, ſicquè invexit in quādam Apologia dicens. *Rem non nouā aggredior, ſed longè, latequè patentem quæſtionem, quam ſi non hucuſquè in lucem ædidi non proptera re mora damnetur?* Et paucis interpoſitis. *D. Apologiſta.*

 Hac

Hac enim Apologia aduerſus malignas inſanias inſtructa acie dimicabo, vt veram medicinæ lucem â tenebra, & nocte vindicare poſsim. Deus Maximus omnipotens nobis ſecundis gratiæ ſuæ flatibus aſpiret; nec verendum, quod abſit cæleſtis gratia vbi abundat iuſti zeli cauſa, & defenſione veritatis argumentum, quod opponitur opinioni cuiuſdã vitiligatoris aſſerentis.

In dolore pleuritico exquiſito ſæpiſsimé ſanguinẽ non convenire ex venis extrahere.

SI QVIS autem ſuam Apologiam attente legerit, & caſum rellatum, nobiliſq; Felicis curationem fuerit contemplatus; facilè reperiet, quod D. Apologiſta á veritate omnino aberrat dum in ſuo tractatu folio primo, pagina ſecunda, aſſerit ſe contrariã noſtræ opinionis ſententiam deffendere, & tenere; cum re vera. Idem quod in mea narratione aſſerui de dolore maximo, & placido, ipſe aſſerat in ſua prima, & quarta cõcluſione, vbi poſtquam affirmauit quod.

In omni pleuritide exquisita venam secare valdé necessarium erat (statim subiungit) nisi in placida, & leui, á causa leui & secura veluti sanguinea causata.

In secunda conclusione.

A Quibus in nullo disident verba, quæ habentur literis maiusculis in nostra Epistola sermone Hispano conscripta, folio 22. supra, & licet hæc nulla indigeant probatione, sed solummodo locorum conferentia patefiant. Tamen quia contra nostram assertionem nempe.

In dolore pleuritico exquisito, &c.

INsurgit; ideo ex prædictis duabus conclusionibus illam deducere fas erit in illis, nãquè duplicem pleuritidé exquisitã asignat,

pleuritidem alteram leuem ſeu placidam, & alteram grauem, ſeu ſimpliciter exquiſitam, iſtam quæ ſimpliciter talis eſt, dicit non poſſe ſine ſanguinis miſsione curari, placidā verô leuem, & ſecuram (veluti ſanguinea eſt) poſſe. Ergo coincidit in noſtram ſententiam dum fatetur, quod aliqua pleuritis exquiſita poteſt ſine ſanguinis miſsione curari, nempe ſanguinea, in qua cruenta ſputa eijciūtur. Sed pleuritis in qua cruenta ſputa eijciuntur, vt quotidiana experiētia teſtatur, & omnes practici fatentur ſæpiſsimè èvenit, ſequitur ergo pluſquam manifeſté, quod in pleuritide exquiſita ſæpiſsimè ſanguis non eſt mittendus, & per conſequens quod.

In dolore pleuritico exquiſito ſæpiſsimè ſanguinē non convenit ex venis extrahere.

ET Poſtquam in primo folio pagina 2. linea 9. dixit hunc aſſumptū fuiſſe noſtrū, addducit argumentum confictum ab Hipp. autori-

autoritate desumptum 2. de ratione victus, tex. 11. cum quo dum intendit probare quod non sit sanguis mittendus in dolore exquisito dicit in non descendenti, vtpotè non exquisito sanguis, non mittitur. Ergo in vero, & exquisito sanguis non est mittendus, quod si ego dixissem, nec tan frivolum argumentum adducerē, nec tam disparem similitudinem. Deinde postquam folio 5. argumenta quinq; tanquam á nobis tradita confinxit, Menodoti discipulum me appellare non puduit, cum (vt Augenio loquar) in nihilo convenire videamur. Ille enim nunquam incindendam esse venam nipletorica sindromes adfuisset arbitrabatur. Ego vero, & in plenitudine quo ad vasa, & in plenitudine quo ad vires hoc remedium libenter admitto. Vt ex doctrina in præcedenti Epistola allata constat, Menodotus solum in actu plenitudinem considerabat, nos plenitudinem in potentia pro scopo indicante concedimus, vt de confirmatione dicti concludentis, in dicto respondentis, paragrapho etiam si totum corpus humoribus sit commoderatum constat. Ille citra plenitudinis affectū nolebat sanguinis missionem convenire. Nos verò etiam si plenitndinis nō

adsint

adsint signa, immo etiam si non abundet corpus malis humoribus, revulsionis gratia venam scindere solemus: vt euidenter statim apparebit, quando falsam esse secundam partē suæ quartæ cōclusionis prouaberimus. Perpendat nunc prudens lector, & quilibet mentis compos, quám in merito, perperáquè mecum Menodoto conferat, & quod solum ad ingenium suum reddire cupiens hoc faciat. Deinde folio 22. conclusione quarta dū asserit dolorem leuem, & placidum á causa levi veluti sanguinea est procedentem sine sanguinis misione posse curari: apponit vèrba (sine plenitudine) & (securius) ex quibus inferre licet ipsum voluisse, quod etiam si dolor sit leuis & placidus, dum tamen plenitudo adsit non sit curandus sine sanguinis misione. In quo mastygem Hippoc. & Gal. se ostentat in memor illius quod paulò ante dixerat in prima assertione suæ Apologiæ, folio 11. scilicet nec nos aliquid quod á Galen. doctrina decíscat proferre vnquam cogitabimus, cum Hipp & Gal com. 6. Epid. lect 3. & lib. de coacis, & 3. de humoribus cum plenitudine in doloribus lateris cruenta spuentibus sanguinis misionem timeant, & in concitato

citato Gal. dicat. *Talis autē erat eius habitus atquè vires, vt ad secandæ venæ auxilium accedere ausus eßem*; *quid aliud quæso significant illa verba Galeni, talis autem erat eius habitus.* Nisi quod plenitudo ad vasa aderat: Quid tales autem erant eius vires, nisi quod plenitudo ad vires satis manifesta erat; si eo quod morbus mitissimus erat noluit Gal. sanguinem mittere lib. de præcognitione ad Posthumum, cap. 22. quorsum in ista Apologia iocis ac nænijs veram doctrinam involvere conatur, in morbo mitissimo dicendo. Sine plenitudine, & securius, cum ipsemet in Apologia in Gascon dixerit, quod si magnus morbus non est, ad missionem sanguinis deueniendum non est; & sic quod optimè fecit Gal. incuranda leui ac miti comodi inflammatione, etiam si febris esset satis vehemens, & fauces admodum rubræ & alucta redijsset, cùm sit exercitium robusti & adulti iuvenismodo ait, modo negat, hoc potius videtur.

Præstigijs, vti, nucibusquè colludere casis
Et testa fragiles ædificare casas.

Qui huius hallucinationis modū deridere voluerit, legat Apologiam de pleuritide, f. 12. linea 22. & Apologiam ipsius Apologistæ

contra

contra Licenciatum Ioannem Gaſcon, folio 12. vſquè in finem libri, quoniam cartas conſummere nolo. Secunda autem particula ſecundæ partis quartæ concluſionis, ibi ſecurius, quo loci tenet quod ſecurius eſt in dolore placido ſanguinem mittere. Ex eo falſa apparet, quia morbus mitiſsimus nõ petit magnum remedium, ſed pleuritis placida eſt morbus mitiſsimus, ergo pleuritis placida non petit magnũ remediũ, igitur nõ petit ſanguinis miſsionẽ, quod eſt magnũ remediũ, maior probatur. *Ille morbus non petit magnum remedium, in quo morbi magnitudo non vrget, hic morbi magnitudo non vrget cum magna ſit & accidentiũ, & ſubſtantiæ affectus remiſsio, non ergo exigit magnũ remedium* minor eſt *Gal. qui poſtquã in cõmento 6. Epid. p. 3. tex. vltim. multa verba fecit dixit; mitiſsimi enim illi ſunt morbi in quibus cruenta ſputa eijciuntur.* Præter quam quod inter morbum, & remedium debet eſſe proportio, ita vt magno morbo magnum remedium, & ècõtra, ſed ſanguinis miſſio magnum eſt remedium, vt conſtat ex Galen. 2. Aphor. 19. ergo non convenit morbo paruo ac placido, nam vt placidus eſt, nequè medium excedit, nequè cum periculo finitur, nõ ergo ſecurius, neq; enim ſanguis impeditur

Primo comprobatur.

à crasitiæ humoris melācolici, nec detinetur á visciditate pituitosi, nec irritatur á mordacitate biliosi, nec in sanguine alicuius timoris invenitur occasio, nimis iucūdè, namq; per convenientem regionem tota causa evacuatur, recteque procedit natura, teste Gal. com. 16. 1. Aphor. mittendo per sputum, quæ infestantur in pectore, nam si sanguis purus excernitur per sputum, & sanguis per venas mittatur maximopere periclitantur vires, ex vtraquè euacnatione, quod Gal. 2. d ratione victus capit. decimo, admodum pertimescens dixit.

Securius est.

V *Iresconseruare, quàm redundantem sanguinem euacuare.*

Securius ergo erit.

QVæ natura per pautiora facit per plura non impedire, quam Hippocratis, & Galeni sentētiam, & securitatē sequitur Hieronymus Mercurialis, Eustachius Rudius, Horatius Augenius, & reliqui, quos sigillatim supra retuli in historia curationis. Modo dicentes

centes, maximopere lædit ſanguinis miſsio. Modo nullatenùs cóvenit. Modo haud prorſus venam aperies. Modo nùmquam convenit. Modo minimè mittatur ſanguis. Non ergo ſecurius amice.

Nec quidquam in contrarium vrget argumentum ab autoritate Gal. deſumptum, fol. 12. pagina ſecunda, lin. 23. cui ſatisfacere neminem poſſe affirmat, quod ſic ſe habere dicit. Si homo expers omnis redundantiæ cadat ex alto, venæ ſectione eget ad inaniẽdum corpus, & reuelendum fluxionem, ergo ſi á principio fluxio cæperit irruere in pleurã ad prohibendum illius incrementum, curationiſqué ſecuritatem venæ ſectio videtur neceſſaria.

Cui faciliter reſpondetur negando paritatem rationis. Diſpar enim ratio eſt in pleuriti de placida, in qua (vt dictũ eſt) tota cauſa per ſputum evacuatur, & diſpar in pro lapſo, in quo pars dilacerata, aut equimoſi vexata, aut ad corruptelam diſpoſita, nullam habet ſenſibilem, aut ſufficientem evacuationem; & ſic corpus venæ ſectione haud cunctanter ſolvere, fluxionemquè revelere valdé neceſſariũ erit.

Et fol. 14. adducit hiſtoriam Anaxionis, cui ab Hipp. 3 Epidem. com.3.tex.74. vena ſecta fuit in octauo, & non antea, quia crudiſsima conflictabatur pleuritide, cum vſquè ad vndecimum nihil expueret. qua die principium coctionis apparuit, & ibi dicit, nequè admiratione dignum eſſe principium pleuritidis ad tot dies poſſe perduci, cum Gal. 1. de criſibus, principium pleuritidis perdurare dicat, quouſquè parua & cocta ægrotans cæperit expuere; & in ipſo Anaxione principium vſquè ad 17. fuiſſe dilatatum, ſed iam nõ poſſum me cõtinere quin tecũ alloquar, ſi tibi videtur admiratione non eſſe dignum ad tot dies principium morbi Anxionis perveniſſe quare in Epiſtola ad Licenciatum Araque, tantopere miraris, quod in principio curationis D. Felicis à Guzman ſanguinis miſsionem fieri non præceperim, & circa ſtatum morbi cum minus conveniens erat, nempe in ſexto non veritus ſim illam præcipere? nonne in noſtro infirmo potuere reperiri cruditates ſicuti in Anaxione? Animadverterem decebat, quod Hipp. modo prima, modo octava die venam ſecat in pleuriticis, vt videre eſt in hiſtoria Pytionis, 3. de morb. vul. p.3. com. 3.

cui statim prima die sanguinem extraxit laborabat enim cum febre accuta, & delirio,& ingens erat morbus, & sic ne respiratio lædetur, delirium augeretur,& humor ad cor propelleretur, sanguinis missionem differre noluit. Sed ne temeritati, vel pertinatiæ, vt in illa epistola scribis nostram, deliberationem tribuas; vltra prædictas rationes nonnullas accipe. Ex doctrina Hipp. 4.accuit. tex. 19. & Gal.4. meth.c.6. (exceptis tamen pueris) duo sunt ad exercēdam sanguinis missionem necessaria, nempe morbi magnitudo, & virũ robur, quorum neutrum in prædicto ægroto reperiebatur,& sic illi vena secanda non erat in principio. Quod morbi magnitudo non adesset sic probatur, vbi est pleuritis cũ cruento sputo, nō est magnus morbus ibi erat pleuritis cum cruento sputo, & sic non erat magnus morbus,& perconsequens non necessaria sanguinis missio. Maior est Gal. dicentis. 6. Epid.sect.3.com.44. *Mittissimi enim illi sunt morbi in quibus cruenta sputa eijciuntur*. Minor probatur ex relatione anteposita paragrapho. Pero escupia con ella sangre senzilla de color encarnado. Et legere denuò poteris in epistola ad Medicos Regios escripta,& meo,& pro-

prijs

prijs ſuis nominibus ſubſcripta; calculiſquè probata, quàm apud te vſquè in hodiernum diem furto retines. Quod virium robur non adeſſet ſic probatur. Vbi copia ſuccorũ crudorum accumulata eſt virium robur non eſt; ſed in prædicto caſu copia ſuccorum crudorũ accumulata erat. Ergo virium robur non erat, maior eſt Gal. lib. de cura. per ſanguinis miſſionem, cap. 1. ad vnguem. Minor ex prædicta relatione probatur paragrapho. Ayudò tã bien a eſto, que abundaua, aũ en buena ſalud, de crudezas, y que el dia antes q̃ enfermara, auia cargado el eſtomago en vna cabaña, y ſentia todavia grande embargo. Si ergo dolor erat placidus, & eruditates ſicut in Anaxio ne quis dubitet, quod tua argutia nobiſcum ſentiret, & vel invitus fatereris locũ Hipp. 6. Epid. citatum á Valleſio minus fæliciter fuiſſe interprætatum, dum aſſeruit. *Impedimentum dici non quod miſsioni ſanguinis, ſed quod curationi ſimpliciter obſtat, quia pleuritis non aliter curari poteſt quam excreando, nec hæmoptois quidquam petit magis quàm thoracis quietem retinendo, non ergo debet legi impedimentum, (venæ ſectionis) ſed (curationis) amputanda ergo cenſet illa verba (venæ ſectionis) & loco illorum apponendum (curationes) quodquè hæc ſit*

huius loci legitima expositio, ex Gal. 1. Aphoris. com.16. dicente, contraria indigere curatione sputum sanguinis & pleuritis. Quæ Vallesij interpretatio, quoniam expræsissimis verbis Gal. refragatur, minimè à nobis admittendam fore, inquit accutissimus Mercurialis in prælectionibus Patavinis, lib. 2. c. de pleuritide. Sed quàm germanior, & huic textui cōformior sit expositio, quę docet impedimentū sanguinis missionis esse cruentum sputum (impedimētum curationis) ex antecedentibus Hipp. & subsequentibus Gal. manifestum apparet. Hippoc. namquè text. antecedenti. 43. egit de missione sanguinis, dicens; *In aliquibus convenit mittere sanguinem, & opportuné convenit: in aliquibus non convenit.* Itaq; huius textus verus sensus sit. In aliquibus convenit mittere sanguinem inquibus scilicet pleuritis maxima est, neq; adest impedimentum, & in talibus opportunê convenit. In aliquibus non cōvenit mittere sanguinem. In quibus scilicet est impedimentū veluti cum pleuritis placida est, & cruéra sputa eijciuntur. Et ex consequentibus Gal. dum dicit; *Cum omnes igitur Scripturæ, & interprætationes verisimiles nō sint tollerabilior mihi visa est scriptura modo in propositis verbis expræssa. Explanatio veró*

Sententia Vallesij, & Apologistæ refutatur.

Sētentia Autoris.

verò hæc cruenta ſputa reijcientibus venæ ſectio impeditur propter affectum lateris, itaquè quòd dicit tale quidem eſſe videtur. Sanguineum ſputum reijcientibus omnino quantum ad hoc pertinet ſecanda vena eſt. Nō nunquam enim aliquibus convenit mittere ſanguinem, & opportunè in talibus, *Niſi propter lateris morbum tale reijciatur.* In his verò vt in talibus non convenit; *Iſtis namquè haud prorſus vt ſanguinem ſpuentibus venam apperies, ſed proprijs lateris morbis regulis ac conditionibus medicaberis per quas ita affectis ſanguinem detrahemus, vel non.* Si ſic enodatum nobis hoc relinquit Gal. quæ ergo nos neceſsitas cogit, vt tecum folio 3. lin. 26. vbi Hipp. dicit (impedimētū) legamus (medicamentum?) quorſum auferenda ſunt verba venæ ſectionis, & apponendum (curationis) fo. 14. lin. 25. & atergo lin. 8. & lin. 13. in iſta tua Apol. de pleuritide, quorſum locū Gal. com. 16. 1. Aphor. corrumpemus, mutādo ſputum pro eductione cum poſita illa interpretatione, & impoſsibile ponatur. Quis enim ignorat quod influxib⁹, neceſſario ad id quod evacuatur ſanguis fluat, quomodo ergo in hæmoptoica paſsione, vbi ſanguis fluxus eſt poterit dari pleuritis cum venæ, quæ in pectore ſunt reddantur innanitæ, & vt apoſtema fiat,

 impleri

impleri neceſſarium ſit, nonne ſimul ſorbere, & flare eſt difficilé, quod & agnouit, & docuit Hipp. dicens, lib. 6. Epid. p. 3. com. 37. *mariſcis vexati, nequè dolore lateris, nequè pulmonia, nequè lepra, nequè therminthis capiuntur.* Si fluxus ex venis ita minimis & diſtātiſsimis, liberat á pleuritide quid dicēdū de fluxu ex maximis, & proximis venis. Præſertim cum Hippoc. tex. 40. paulo inferiús dicat, *Decubitus quidem in quibus facta tollit, hæc antequam fiant prohibent.* Si ergo ex Hippoc. & Galen. vt affatim cōſtat ex locis citatis ſputa cruēta pro pleuritide ſananda ſine ſanguinis miſsione ſufficiunt, & ſanguinem mittere periculoſum eſt. Decubitus in quibus facta tollit, hæc antequám fiant prohibebunt. Augenius agens de iſta interpraetatione Galeni lib. 12. conſultationum ſic fatur. Nos itaq; videntes hanc Galeni enarrationem lucidiſsimam, eſſe ſimulq; veriſsimā, &c. & paucis interpoſitis agens de iſta quàm adſtruere ſatagis opinione dicit; Eſt certé complicatio horum affectum, aut impoſsibilis, aut adeô rara, vt ego qui in factitanda medicina iam inſenui, Nunquam. EIuſmodi viderim cōplicationē. Quid moror exemplis, cui nam fides maior adhibenda eſt

vni

vni loco deprauato, corrupto, & tortili, an multis locis, vbi res agitur non perfunctoriè, sed ex professo? pro nostri placiti cõfirmatio ne Galen. relinquit nobis, suam sententiam, tùm quám plurimis Hipp. locis corroboratã, túm sua autoritate suffultam, tùm ratione patefactam, tùm historia comprobatam, tandemq; experimentis extra omnẽ dubitationis aleam collocatam, igitur cõtrariam tenere, nil aliud erit quàm frustra, & pueriliter vellicare, & prout Poëta inquit.

Agitare in arundine longa.

Sed nolo tãtũ terroris (vt tuis vtar verbis) tibi incutere, vt Pytagoræ Paléginesiam dediscas; quãdoquidẽ nõ Apologeticus, & nobis cõtrarius appares, sed nostræ doctrinæ potius asser tor, & qui falso Apologistæ nomẽ vsurpas vti apparet ex prædicta relatione quã excellẽtissimus Princeps ac Bigerræ Dux á medicis Regijs subscriptã vidit, qui & relationẽ á me fac tã audiuit, cuius etiã rei satis locupletes, testes fuere quã plurimi nobilis Ducis á cõsilijs, ab æquitibus, á secretis, & multi alij extra Excel. D. maioris authoritatis, & fidei, quã quæ tuæ asseuerationi succumbat; qui dum rabido ore perperam, nostram doctrinam insectari, deside-

desideras re tamen vera (vt diximus) confirmes & fingis te Apologeticum, cum ficta, & falsa sit tua Apologia; si hæc omnia meam relationem legenti, & tuum tractatum, cum illa conferenti luce solis clariora sunt. Non iniuria licet cum Alciato dicere.

Quid matutinos Progne mihi garrula somnos,
Rumpis & obstrepero Daulias ore canis.
Dignus Epops Thereus, qui maluit Ense putare
Quam linguam immodicam stirpitus eruere.

Insurgis impudenter innos, & falsum confingis, dum opinionem nostram tibi oppositam affirmas, vt te sapientem ostentes, cum potius garrulitate refertus, omnibus prudentibus apparueris, quid tanta moliris in nos, cum omnes, qui meam curationem audierunt, & tuam Apologiam legerunt, te mentitium, vno ore fateantur, fictamquè & nostræ doctrinæ inseruientem inspiciant.

Hæc & pro defensione eorum, quæ in me temerarié, & insolenter Zoilus evomuit; & pro salute ægrotantium morbo laterali sint dicta. Ad laudem, & gloriam omnipotentis intemeratæq; Deiparæ Virginis Matris Mariæ.